

sermonis dator atq. somniorum, |
Iovis nuntius et precum minister.

Romae in villa Albania, in herma Mercurii (VI 520 vidit Henzen; Graeca contulit Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. n. 978, Latina tractavit Buecheler carm. Lat. epigr. n. 1528). — 1) Attīs mavult Kaibel.

3201 (*Mercurius sedens, adsunt haedus, gallus, testudo*) i. honorem d. d. |
Mercurio nego|tiatori.

Heddernheim rep., nunc in museo Wiesbadensi (Brambach 1460; imaginem dedit Lehner Westd. Zeitschr. 1898 p. 272). Titulum Brambach 1471 huius partem alteram esse putat Lehner l. c.

3202 (*Mercurius, Rosmerta?*) deo Mercur. | nundinatori.

Bierstadt prope Wiesbaden, iam in museo Wiesbadensi (Brambach 1808).

3203 Mercurio | cuius sedes* atep.¹ | sunt | Appius Cl. Lateranus |
XVvir sacr. fac., | cos. design., | leg. Aug. pr. pr. | leg. III Ital.² | v. s. l. m.

Augustae Vindelicum (III 5793 vidit Mommsen). — 1) Sic legit Mommsen (t et e litterae contignatae), ater priores quidam, unde nonnulli fecerunt a tergo. Quid sub sit, ignoratur. — 2) Legatus fuit pro praetore provinciae Raetiae et legonis in ea tendentis tertiae Italicae, non ante Marcum imperatorem, qui legionem tertiam Italicam conscripsit et in Raetia collocavit (Dio 55, 24 cf. supra N. 2287 not. 2 et N. 2288 fin.).

3204 deo Mercurio attegi|am¹ teguliciam comp|ositam Severinius |
Satullinus c. T.² ex vo|to posuit l. l. m.

In Alsatia prope Niederbronn rep. (XIII 6054 vidit Zangemeister). — 1) Cf. Juvenal. 14, 196: dirue Maurorum allegias. — 2) Civis Tribocus (Zangemeister ann. Bonn. 76, 1883 p. 227; punctum inter C. et T. iam non agnoscitur).

3205 Optatus Cassius | Optionis f.¹ |

Susceptum merito | votum tibi, | [M]ercuri, solvi, |
ut facias hilares | semper tua | templa colamus.

Novariae (V 6506 vidit Mommsen; Buecheler carm. epigr. n. 262). — 1) Idem ut videtur memoratur V 6609.

3206 L. Oppius L. f.¹, Min.² Staius Ov.³ f., L. Vicirius [*Ti. f.*], | A. Plotius M. l.⁴, C. Sehius C. l.⁴, C. Claudius C. l., | magistres⁵, Mircurio⁶ et Maia donu. d. | s. | Λεύκιος Ὀππιος¹ Λευκίου, | Μίνατος² Στάιος Οὐλον³, | Λεύκιος Οὐκιλιος Τεφερο[ν], | Αὐλος Πλάτιος Μαάρ-κον, | Γάιος Σήιος Γαίου, Γάιος Κλαύδ[ι]ος Γαίου, οἱ Ἐγμαῖσται, Ερμεῖ⁷ | καὶ Μαῖαι.

Deli rep. (III S. 7218 Mommsen vidit ectypum). — 1) In synopsi rerum sacrarum aedis Apollinis Delii scripta anno circiter 180 ante Chr., quam edidit Homolle bull. de corr. hellénique 6, 1882 p. 29 seq., repetivit Dittenberger syll. n. 567, recensentur inter donaria recens inlata (v. 147. 148, ap. Homolle p. 45): στέφανον χρυσοῦν ἐπιγραφὴν ἔχοντα ‘Μίνατος Μινάτου Τήιος Ρωμαῖος ἐκ Κύμης ἀνέθηκεν’. ἄλλο στέφανον ἐπιγραφὴν ἔχον ‘Λεύκιος Ὀππιος Ρωμαῖος Ἀπόλλωνι χαριστήριον’. Sed ab hoc L. Oppio noster omnino diversus, quippe qui aliquantum postea vixerit, siquidem recte Homollius (bull. de corr. hellén. 8, 1884 p. 89) hunc